



I TIVTO DI STUDI ROMANI
 BIBLIOTECA
 INVENTARIATO AL N°

Lateinische Jugendzeitschrift. Latin ifjúsági folyóirat. Revue latine de la jeunesse
 Laptulajdonos: Katolikus Középiskolai Tanáregyesület. — Sumptibus Societatis Magistrorum Catholicorum Mediarum Scholarum Hungariae. — (Praeses: Dr. Andreas Zibolen elnök.)

Administrator (felelős kiadó — Geschäftsstelle — administration), ad quem pecuniae dirigantur: ALEXANDER REGÉNYI, Budapest, VII., Barcsay-u. 5. (tel.: 142-215).

Moderator (felelős szerkesztő — Schriftleitung — rédaction), ad quem manuscripta mittantur: JOSEPHUS WAGNER DR., Budapest, XI., Lágymányosi-utca 20. (telephon: 268-634)

Megjelenik minden hó 20-án. — Prodit singulis mensibus die 20. Pretium subnotationis an. 1939—40. 3 pengoe, extra Hungariam 4 pengoe. Nummaria chartula (vulgo: chèque) postalis in Hungaria: 57.292. Subnotatores earum gentium, unde pecuniarum transmissio impeditur, utantur schidulis «Coupon réponse international» appellatis, quarum si quis decem in epistola ad administratorem mittit, pretium annum solvit. Quinis exemplaribus sextum gratuito additur

Per.
Lat
020

De Henrico Guisan, duce nostro.

Dux exercitus nostri, Henricus Guisan Mézière, qui personam¹ gerit¹ etiam totius populi Helvetiae se defendere et disciplinam libertatemque rei publicae servare volentis, quartus post Henricum Dufour et Herzog et Henricum Wille dux constitutus est. Natus est a. d. XII. Kal. Nov. a. 1874 in vico Nantensi, gymnasium et athenaeum Lausannae frequentavit, deinde Wurtembergae et Lugduni² in studio agriculturae academico versabatur, unde diplomate agriculturae ornatus discessit. Curriculum³ militare a. 1894 ingressus est et 45 annis post a. d. III. Kal. Sept. a. 1939 praeses et dux Helvetiae factus est, quia rei militaris peritissimus est et constanter in officia patriae servandae incubuit.

Cum mense Nov. ineunte Guisan dux Gotthardum curru automobili transgrederetur Ticinum nostrum pulcherrimum



Henricus Guisan praeses et dux Helvetiae.

visitaturus, discipuli, exploratores,⁴ omnes gentes ab Airolo usque ad Chiassum salutaverunt eum: «Vivat dux! Vivat Helvetia! Feliciter tibi, Guisan!» magna voce clamitantes. Populus enim, si vivere ac se defendere vult, et concordia coniunctus et armis instructus esse debet, ut omnibus patefaciat se velle liberum sui que⁶ iuris⁶ esse, sed etiam confidere debet et sibi et iis, qui praesunt, et auxilio Dei maximo. Milites nostri tuentur fines et oboediunt duci, in cuius manibus quieto et fidenti animo posuimus difficile pensum armatae neutralitatis nostrae servandae.

Discipuli gymnasii Luganensis.

¹ képvisel = vertreten = repräsentent ² Lyon ³ pályá = Laufbahn = carrière ⁴ cserkész = Pfadfinder = éclaireur ⁵ éljen! = Heil! = vive! ⁶ független = unabhängig = indépendant

LECTARIIBUS MINIMIS.

Jocosa.

1. Vehiculum¹ electrico¹ fluido¹ motum¹ per-
lente² ibat. Viator quidam, ne sero ad theatrum
veniret, timens, irā turgebat.³ Denique ad ductorem
appropinquavit atque magnā voce clamavit:
«Bombax»⁴! Ire celerius non potes? — Ductor
autem: «Possum, — inquit — sed vehiculum meum
relinquere non licet.»

2. A.: Hominem cognovi, qui cum puellam,
quam amaverat, uxorem⁵ ducere⁵ non potuisset,
mortuus est. — B.: Propter dolorem? — A.: Minime.
Propter pulmonis⁶ morbum⁶ quinquaginta post
annos. *Maria Biscossa* disc. Luganensis.

3. Pensum difficile. Parvus Carolus tantum
novem annorum⁷ est et ideo in familia magna est
consternatio, cum deprehenditur⁸ in utendo⁹ voll-
vellis.⁹ Vehementissime verbis castigatur. Non
pudet¹⁰ te¹⁰ — castigat mater — cum novem
annorum sis, tamen iam vollvellis uti? — «Non¹¹
sum¹¹ in culpa¹¹, mater, excusat se Carolus. Iam
abhinc quattuor annos studeo desuescere, sed
nequaquam¹² progreditur res.»

4. Plena instructio.¹³ In taberna¹⁴ universali¹⁴
apparet dominus quidam bene vestitus et rogat,
ubi possit plenam instructionem venatoriam¹⁵
emere. «Sectio vestimentorum in primo tabulato¹⁶—
indicat custos portae — sectio calceamentorum¹⁷
in secundo, tela venatoria eodem loco, ferae et
pecus¹⁸ volatile¹⁸ exeuntibus in hypogeo¹⁹ ven-
duntur. *Iulius Baumerth* abituriens gymn. Acad. Bp.

5. Verum dixit. Magister: Dic, Francisce, quot
sensūs habeat homo? — Franciscus: Quattuor,
domine Magister, visum, auditum, gustum, tac-
tum. — Mag.: Et naso²⁰ tuo ad quid uteris? —
Franc.: Non utor, quia gravidine²¹ laboro.²¹

Philippus ex comitibus Meran

disc. cl. III. gymn. Piani Quinqueecclesias.

¹ villamoskoci = die Elektrische = tramway ² igen
lassan = sehr langsam = très lentement ³ dühös volt =
ergrimmen = être furieux ⁴ teringtét! = potztausend!
= sapristi! ⁵ feleségül vesz = heiraten = épouser ⁶ tüdő-
baj = Lungenkrankheit = phtisie ⁷ éves = Jahre alt =
âgé de... ans ⁸ rajtakapták = erwischen = attraper ⁹ ci-
garettázás = Zigaretten rauchen = fumer des cigarettes
¹⁰ szégyenled magad = sich schämen = Est-ce que tu
n'as pas honte? ¹¹ nem tehetek róla = ich kann nichts
dafür = je n'y peux rien ¹² sehogysem = ganz und gar
nicht = nullement ¹³ felszerelés = Ausrüstung = équipe-
ment ¹⁴ áruház = Warenhaus = grand magasin ¹⁵ vad-
ász = Jäger = de chasseur ¹⁶ emelet = Stock = étage

¹⁷ cipő = Schuh = chaussure ¹⁸ szárnyas, baromfi = Ge-
flügel = gibier à plumes ¹⁹ alagsor = Kellergeschoß =
souterrain ²⁰ orr = Nase = nez ²¹ náthás vagyok = den
Schnupfen haben = être enrhumé

6. Ultio. Domina Felicitas ardet¹ amore¹ artificis²
pelliculae² loquentis,² Iohannis Albers. Domicilium
domesticum dominae Felicitatis plena est imagi-
num artificis Iohannis Albers. Ubique³ Albers et
a tergo, et in fronte, in dimensione magna et parva,
Albers in omnibus situationibus vitae: stans,
sedens, equitans, saltans et sudans,⁴ Albers in
fortuna et irā motus. Maritus bonus tacebat et
patiens spectabat imagines mille generum. Cum
dies natalis Felicitatis advenisset... «Carissima!»—
dixit comiter⁵ — ad diem natalem tuam duas
quidem⁶ vulpes⁷ argenteas⁷ volui tibi donare. Sed
putavi te magis laetaturam⁸ cartula⁹ postali⁹
imagine⁹ recentissimā artificis Iohannis Albers
ornata⁹. Ecce hic est!»

Andreas Besskó disc. gymn. Acad. Bp.

¹ rajong vkiért = schwärmen für = être passionné pour
² hangosfilm-színész = Tonfilmschauspieler = acteur de
cinéma parlant ³ mindenütt = überall = partout ⁴ izzad
= schwitzen = transpirer ⁵ nyájasan = leutselig = avec
affabilité ⁶ tulajdonképpen = eigentlich = à vrai dire
⁷ ezüstróka = Silberfuchs = renard argenté ⁸ fogsz örülni
= wirst dich freuen = se réjouir ⁹ képeslap = Ansicht-
karte = carte postale illustrée

Thomas Hans. Thomas Hans, pictor Germani-
cus excellens principio inter rationes¹ miserrimas
vixit. Esuriens², algens sessitavit³ in conclavi⁴ suo
et meditatus est, pecuniam sibi quomodo facere⁵
posset. In expositione nonnullae picturarum eius
pendebant, sed nemo ex illis emit. Aliquando cogi-
tabat, quomodo in aliquam imaginem attentionem⁶
alicuius spectatorum convertere⁶ posset, cum porta
conclavis aperta est, et servus expositionis irrupit.
«Domine Thomas, — inquit anhelans⁷ servus —
statim veni in expositionem! Inventus est emp-
tor⁸! Quaedam mulier stat ante picturam, cuius
titulus est «Puella vestimento rubro induta», et
iam bis sciscitabatur⁹ de nomine domicilioque
artificis¹⁰ domini.»

Thomas Hans pallium¹¹ usu detritum¹² diligen-

¹ viszonyok = Verhältnisse = situation ² éhesen =
hungern = affamé ³ saepe sedebat ⁴ szoba = Zimmer =
chambre ⁵ szerezni = verdienen = se procurer ⁶ figyel-
mét felhívni = die Aufmerksamkeit lenken = attirer
l'attention ⁷ liheg = schnauben = haleter ⁸ vevő = Käufer
= acheteur ⁹ tudakozódott = erkundigte sich = s'in-
former ¹⁰ művész = Künstler = artiste ¹¹ köpeny =
Mantel = manteau ¹² kopott = fadenscheinig = râpé



1—5. Summi duces belli: 1. Vorosilov Russiae, 2. Brauchitsch Germaniae, 3. Gamelin Francogalliae, 4. Lord Gort
Britanniae, 5. Mannerheim Finniae dux. 6. Henricus Ling conditor artis gymnasticae Suecicae, qui ante 100 annos
mortuus est (vide: pag. 26, m. Oct.).

ter humeris iniecit, et cursu¹³ tetendit¹³ in expositionem, ubi mulier etiam tum istic stabat caput pulchrum puellae cum admiratione spectans. «Est mihi nomen Thomae Hans» — dixit urbane¹⁴ artifex, — hanc tabulam ego pinxi.»

«Valde gaudeo, — respondit matrona — noli¹⁵ irasci¹⁵, quod Te turbo, sed solum Tu es, ad quem cum hoc desiderio me convertere¹⁶ possim. Dic mihi, si vis¹⁷, domicilium capillorum concinatoris,¹⁸ apud quem venustum Tuum exemplar¹⁹ crinem suum ornari iubet . . .»

Lad. Tamás abiturienti Vesprimiensis.

¹³ futólépésben ment = ging laufend = alla au pas de gymnastique ¹⁴ udvariasan = höflich = poliment ¹⁵ ne haragudjék = seien Sie nicht böse = ne soyez pas fâché ¹⁶ fordulni = sich wenden = s'adresser ¹⁷ kérem = bitte = s'il vous plaît ¹⁸ fodrász = Friseur = coiffeur ¹⁹ vulgo: modell(um)

Commercium epistolare.

A. d. II. Non. Febr. MDCCCXL. Budapestini.

Lectoribus «Iuventutis» S. P.

Ut etiam discipulae et discipuli alii scholam nostram amatam cognoscant, aliquid de ea scribimus. Schola nostra parte pulchrâ Budapestini, capitis Hungariae sita est: in Colle Rosarum. Aedificium tres contignationes¹ habet. Classis nostra in contignatione tertia est, unde regione magnificentissimâ urbis clarae nostrae quoque delectari possumus. Nos 28 discipulae classem sextam frequentamus. Anno secundo linguam Latinam discimus, quam etsi difficilis est, tamen amamus. In auditoriis² magnis et serenis mensas, sellas tabulamque videmus. In muris crux, chartae geographicae, picturae pendent. Vere et aestate in fenestris flores³ varii sunt. Etiam oratorium³ pulchrum in aedificio est. Aram floribus albis ornamus.

Domum hortus magnus cingit, in quo multas plantas et arbores varias videmus. Piscinam⁴ parvam quoque habemus. Piscibus escam damus. Tempore sereno in area ampla et in horto amoeno discimus et ludimus. Saepe proelium magnum pilis paramus. Nunc autem omnia nivibus candidis teguntur; ante meridiem licet nobis glebulis⁵ nivis⁵ ludere. Etiam in planitie glaciata Instituti soleis⁶ ferratis⁶ vehi⁶ licet. Scholam nostram pulcherrimam valde amamus et si in Colle Rosarum rosae floreant, iterum «Iuventutis» scribemus.

Discipulae ex VI. classe gymnasii «Sanctae Angelae» Budapestini.

¹ emelet = Stock = étage ² tanterem = Lehrsaal = salle ³ imaterem = Bethaus = chapelle ⁴ vízmedence = Wasserbecken = piscine ⁵ hólabda = Schneeball = boule de neige ⁶ korcsolyázni = Schlittschuh laufen = patiner

Lectores ad lectores.

Cum discipulo extraneo commercium epistolare lingua Latina aut Anglica aut Germanica habere optat: Otto Waldner disc. cl. V. gymn., Gyöngyös, Sz. Bertalan-utca 5.

LECTORIBUS MEDIIS

Quomodo Romani merces commendationibus pervulgaverint? (6)

Ex periodico «Tükör» intitulato. Scripsit I. Révai, convertit Aem. Láng Keszthelyensis.

Praeter has inscriptiones exstiterunt et libelli²³ munerarii,²³ qui programmata ludorum pleniora continebant et quorum multa exempla²⁴ vendebantur. Notionem²⁵ praebet aliquam de illis quidam Pompeianorum, qui summarium²⁶ duorum libellorum parieti inscripsit cum suis annotationibus.²⁷ Inscriptio maximam partem deleta nunc iam vix legi potest. Vide nonnullas particulas huius inscriptionis:

Munus N²⁸ IV. III. prid. idus, idibus Mais²⁹

T. M.

v. Pugnax Ner. III
p. Murranus Ner. III

O. T.

v. Cynus Iul. VIII
m. Atticus Iul. XIV



Hortus et thygatro-gymnasium Ursulanarum Budapestini.


Ess.

m. P. Ostorius LI
v. Scylax Iul. XXVI

Litterae super singula paria gladiatorum genus armaturae significant. T = Thraex, gladiator in armatura Thracia. M = Myrmillo, gladiator qui cum retiario³⁰ et Thraece committebatur. Prodibat galea, brevi tunica et magno scuto tectus cum sica in dextera. In summa galea effigiem piscis habebat. O = H(o)plomachus.³¹ Ess. = Essedarii.³² Pugnax et Murranus sunt Neroniani, Cynus autem et Atticus Scylaxque Iuliani i. e. ex ludis³³ gladiatoriiis³³ a Nerone et I. Caesare fundatis.

²³ gladiatorjátékra szóló meghívó = Einladungsschreiben zu einem Gladiatorenspiel = invitation au combat de gladiateurs ²⁴ másolat = Copie = exemplaire ²⁵ fogalom = Begriff = idée ²⁶ rövid tartalom = kurzer Inhalt = sommaire ²⁷ megjegyzés = Bemerkung = remarque ²⁸ nomen editoris deletum ²⁹ dies 12–15 mensis Mai ³⁰ hálóval küzdő gl. = Netzfechter = rétiaire (gladiateur combattant avec un filet) ³¹ nehézfegyverzetű gl. = schwerbewaffneter Gl. = gladiateur pesamment armé ³² székéharcos = Wagenkämpfer = gladiateur combattant sur un char de bataille ³³ gladiátoriskola = Fechterschule = école de gladiateurs

P. Ostorius libertus fuit et gladiator rude³⁴ donatus,³⁴ qui suo periculo pugnabat. Numeri significant, quoties quisquis pugnaverit. Ostorius ergo semel et quinquagies. Litterae ante nomina gladiatorum exitum certaminis ostendunt: v_d = vicit; p. = periit; m. = missus est.³⁵



Opus musivum gladiatores ostendens (in urbe Madrito).

Supersunt inscriptiones, quibus fundus,³⁶ tabernae, liberae aedes, hospitia³⁷ conducenda commenduntur. Huiusmodi inscriptio est e. g.:

Insula³⁸ Arriana³⁸ Polliana³⁸ Cn. Allei Nigidi Mai, locantur³⁹ ex⁴⁰ K(alendis) Iulii primis⁴⁰ tabernae cum pergulis⁴¹ suis et cenacula⁴² equestris⁴³ et domus. Conductor⁴⁴ convenito⁴⁵ Primum,⁴⁵ Cu. Allei Nigidi Mai ser(vum). *Continuabitur.*

³⁴ kiszolgált gladiátor = ausgedienter Gladiator = gladiateur émérité ³⁵ kegyelmet kapott = wurde begnadigt = fut grácié ³⁶ telek = Grundstück = terrain ³⁷ szállás, szálló = Unterkunft, Herberge = auberge ³⁸ Arrius Pollio féle bérház = Miethaus nach Arrius Pollio benennt = l'immeuble locatif dénommé d'après Arrius Pollio ³⁹ bérbead = vermieten = louer ⁴⁰ a következő jul. elsejétől = vom nächsten 1. Juli ab = du premier juillet prochain ⁴¹ mellékhelyiség = Nebenraum = dépendance ⁴² emeleti heység = das obere Stockwerk = l'étage supérieur ⁴³ finom (lovagias) = fein (ritterlich) = élégant ⁴⁴ bérlő = Mieter = locataire ⁴⁵ forduljon Primushoz = wende sich an Primus = s'adresser à Primus

De pyroboło portam salutis aperienti.

(2)

Scripsit Z. Harsányi. Latine enarrat I. Guelmino Bp.

... Et in illa casa quoque, satis commode aedificatā, lignē et rubro inductā³⁹, item duo colloquebantur. Tertius, parvulus, beatum somnum infantium somniebat. Vere autem non in casa sunt, sed in hypogeo³⁰, quo ululatus³¹ sirenum³¹ fugavit eos, in suffugio³². Hic sedent soli, quia hortulanus³³ senex non multo ante reliquit casam et alicubi in oppido oppressus est terriculo³⁴ sirenum. Sedent in tenebris, alter alterius manum tenentes. «Times? interrogat maritus uxorem. Noli timere, anima mea!»

— Cur timeam, si manum tuam teneo, respondet illa pavidā.

— Iam saepe agitabam animo — dixit vir, in vibratione vocum uxoris pavorem animadvertens latentem — cur morem hic, cum permultae iam familiae emigravere? Dic, nos hic mansisse rationem³⁵ habere³⁵ putes?

— Quō eamus? respondet femina. Non habemus pecuniam, qua auxiliante vitam etiam alio

loco sustinere possimus. Omnia, quae ad vitam necessaria sunt, iam comparavimus ad hiemem, quomodo vita sine necessariis sustineri possit?

— Et tamen plaris est vitam sine necessariis retinere, quam cum necessariis amittere, dixit vir maxime³⁶ sibi persuasus³⁶. Nescis nos Deo curae esse?

— Tonitrua audiebantur. — Audisne tormenta³⁷ aërisdefensorum, hic sunt, dicit vir. — Silent et exspectant. — Quid mente agitas anima mea? — interrogat vir.

— Illius juvenis Russici, qui proximus est mihi, venit mihi in mentem.

— Qui te sibi nubere voluit.

— Eiusdem. Num quid accidit ei?

— Si interest³⁸ pugnae, certe contra nos pugnat.

— Hoc minime credo. Exploratores³⁹ non solent pugnare.

— Cur illum exploratorem putas?

— Ipsa vidi illum omnia, etiam hanc casam, depinxisse.

— Et interrogasti, cur pingeret?

— Interrogavi. Et ille thesaurum a proavo hic defossus esse dixit. Et illum quaerere dixit. Mentitus est. Audisti tu unquam gubernatores Russicos thesaurum non secum ferre, sed defodere?

Tonitrus horrissonis interrupit sermonem et terra tremefacta paene utrosque de sede deiecit. Terra confracta alicunde ad breve tempus labi auditur. Postea silentium surdum⁴⁰ caecitasque ima circumdat illos. Mater sibi infantem, pater matrem cum parvulo amplectitur stricte. Sic transeunt nonnulla puncta⁴¹ horribilia, dum nescitur, utrum collapsa sit casa an non; vetentne flammae exitum an non; vita habeatur an mors. Nil autem amplius auditur. Tunc, etsi multo cum laborē et multo cum angore, tamen repertus et apertus est exitus et familia parva exierunt foras.

— — Dimidium casae deiectum erat, nihil autem ardebat. Pyroboło in area media circum se fossam magnam eiecit et vi dislosionis⁴² tectum deiecit, culinam, cellamque⁴³ penariam⁴³ et vestibulum patefecit. Farina, adeps⁴⁴ solanumque⁴⁵ disiectum et commixtum, pulvere et rudibus⁴⁶ corruptum visionem foedam dederunt. In coelo ne vestigium quidem impetūs: machina hostilis iam evanuerat. Et illi stant inter ruinas domūs sine spe et consilio, cum vir aliquid de terra levat⁴⁷, deterget et accuratius inspiciens quasi attonitus⁴⁸: Ecce — inquit — nummus aureus, rubel, ex aetate caesarea.

— Thesaurus proavi defossus, balbutit⁴⁹ femina. Divites facti sumus, iam possumus proficisci.

Tunc ipsum advenit hortulanus senex ex oppido

³⁹ fest = anstreichen = peindre ³⁰ pince = Keller = cave, sous-sol ³¹ szirénabúgás = Sirenengeheul = hurlement des syrènes ³² óvhely = Schutzort = abri ³³ kertész = Gärtner = jardinier ³⁴ riasztójel = Alarmsignal = d'alerte ³⁵ van értelme = Grund = avoir un sens ³⁶ teljes meggyőződéssel = mit voller Überzeugung = d'une pleine conviction ³⁷ ágyú = Kanone = canon ³⁸ részt vesz vmiben = Teil nehmen = prendre part ³⁹ kém = Spion = espion ⁴⁰ süket = taub = sourd ⁴¹ pillanat = Augenblick = instant ⁴² robbanás = Explosion = explosion ⁴³ éléskamra = Vorratskammer = dépense ⁴⁴ zsír = Schmalz = graisse ⁴⁵ burgonya = Kartoffel = pommes de terre ⁴⁶ törmelék = Schutt = débris ⁴⁷ felemel = aufheben = ramasser ⁴⁸ mintha villám érné = bestürzt = frappé par la foudre ⁴⁹ hebeg = stottern = balbutier

et iam procul: «Domine mentor, domine mentor, clamitat, estis vivi?!»

— Ut vides, care Paavo — respondet vir —, quid audisti in oppido?

— Aëroplanus ab aërisdefensoribus ictus⁵⁰ cecidit et prope litus ardet. Quique in eo erant, combusti sunt. — Et aspexit aureos.

— Divites facti sumus, Paavo, dixit femina oculis lacrimantibus, et haec omnia pyrobolus attulit nobis. Quando fieri potest, proficiscimur.


— Sed in parietibus iam apparuit edictum, ad arma omnes Finnos citans, dicit hortulanus.

— Ergo ite, properate, amplectitur maritus uxorem et infantem. Tuque, bone senex, hos aureos perā⁵¹ conde. Dominam et dominum tuum parvulum duc, comitare et tutare. Deus me quoque certe reducet vobis. Prius autem, ut videtur, docendi sunt Russi, quid intersit inter meum et tuum et docendus est orbis terrarum, quid possint Finni pro Deo et libertate. *Finis.*

⁵⁰ talál, lelő = treffen = atteindre ⁵¹ tarisznya = Ranzen = besace

Nuntii recentissimi.

Josephus Motta «praesidium et dulce decus Helvetiae» die 23 m. Jan. 68 annos natus mortem obiit. Vir magni ingenii in oppidulo Airola pagi Luganensis a. 1871 natus, postquam iuris prudentiam Friburgi et Monaci¹ et Heidelbergae didicit, advocatus² in patria sua factus est. Rempublicam³ a. 1895 capessivit,³ et ab a. 1915 quinquies praeses Helvetiae creatus est. Ut cives linguae Italicae in Helvetia omnes, Motta quoque bonus filius ecclesiae catholicae fuit, qui non solum patriam intra moenia tuta neutralitatis servavit, sed etiam a. 1934 dissuadebat, ne Russia Sovietica in Societatem Nationum reciperetur dicens: «Communismus negat omnes ideas religionis, morum, societatis humanae, publicorum⁴ negotiorum,⁴ oeconomiae, in quibus natura et vita nostra positae⁵ sunt». Josephum Motta, propugnatores




Josephus Motta inter uxorem duasque filias.

humanitatis, qui fasciculum «Iuventutis» Helvetiae dedicatum (Apr. 1939) benigne accepit laudavitque, etiam nos Hungari toto animo lugemus.

Elias Kemenes dr. O. S. B.,⁶ rector regius studiorum superior districtus Budapestino circumiacentis pro meritis de re⁷ institutoria⁷ scholarum mediarum a gubernatore nostro, Nicolao Horthy cruce mediā Ordinis Meritorum Hungarici donatus est. Vir doctissimus, qui multum⁸ valuit⁸ et ad condendas novas leges de mediis scholis refor-

mandis et ad regulas⁹ institutorias, a. 1926 ephemeridem nostram septem per annos intermissam iterum resuscitavit et edidit. Quare altero conditori atque moderatori «Iuventutis» ab imo pectore gratulamur de ornamento laetabili, quo, ut usque



Elias Kemenes dr.
a. 1926—28 moderator «Iuventutis».

ad ultimum finem aetatis humanae fruatur integrā valetudine, precamur.

Bellum Europaeum vere ineunte summā vi renovatum iri dicitur. Nunc adversarii alter alterum non nisi per exploratores sollicitare, aut radiophonice ad rebellionem instigare¹¹ conantur. Soli Russi non parcentes sanguini neque labori pertinaciter aggrediuntur Finnos et pyrobolis¹² diruunt aut perurunt non solum domos civium, sed etiam valetudinaria.¹³ Woroscilow dux summus Russorum, nuper declaravit se Finnos liberaturum esse a barbarie mediæ aevi («risum teneatis amici!»): renovatur fabula Phaedri de lupo et agno. Orbis terrarum admiratur Finnos, qui tam pauci adhuc non frustra multitudini innumerabili ferocium hostium resistere audent possuntque.

Nuntii varii breviores. In Francogallia et novissime etiam in Finnia discipuli scholis clausis radiophonice docentur. — *Byrd* praefectus¹⁴ classis,¹⁴ clarissimus investigator¹⁵ regionum Antarticarum, nunc iam quartum nave suā vectus est exploraturus polum meridionalem. In insulis Maris Meridionalis incolae inventi, qui nondum de bello certiores facti erant. — Novum inventum e Germania nuntiatur: cum ex carbone¹⁶ fusco¹⁶ benzina synthetica paratur, residuum¹⁷ paraffinum est, ex quo sapo,¹⁸ ex sapone autem adeps¹⁹ prae-

¹ München = Munich ² ügyvéd = Rechtsanwalt = avocat ³ politikai pályára lép = die politische Laufbahn betreten = embrasser la carrière politique ⁴ vulgo: politica ⁵ alapszik = beruhen = être fondé ⁶ Ordinis Sancti Benedicti ⁷ tanügy = Unterrichtswesen = l'instruction secondaire ⁸ oroszlánrésze volt vmiben = hatte den Löwenanteil = avoir la part principale ⁹ utasítások = Richtlinien = instructions ¹⁰ járőr = Spähtrupp = éclaireurs ¹¹ felizgat = aufhetzen = exciter ¹² vulgo: bomba ¹³ kórház = Krankenhaus = hôpital ¹⁴ tenger-nagy = Admiral = amiral ¹⁵ kutató = Forscher = explorateur ¹⁶ barnaszén = Braunkohle = charbon, houille ¹⁷ maradék = Rest = reste ¹⁸ szappan = Seife = savon ¹⁹ zsír = Schmalz = graisse

paratur decolor²⁰ et odore carens, qui pabulo pecudum domesticarum immiscetur. — *Woldemaras* praeses pristinus Lituaniae nunc professor est linguae Latinae in universitate urbis Kaunas. — Serviani reconciliaverunt²¹ sibi²¹ Croatos, qui nunc intra fines Jugoslaviae provinciam separatam sui²² iuris, ²² quae «Banatus» nominatur habent. Banatus est 26.6% Jugoslaviae (66.000 chilometrorum quadratorum) cum 4,423.000 incolarum (28.6%).

²⁰ színtelen = farblos = incolore ²¹ kibékül = sich versöhnen = se réconcilier ²² autonomiam habentem

De Matthia rege (1440—1940).

Nunc, cum quintum centenarium diei natalis (23. m. Febr.) Matthiae regis celebratur, qui cognomine *Iustus* appellatur, temporis aptum est perlegere narrationem *Antonii Bonfinii*, quomodo Matthias rex priscorum regum Hungaricorum mores simplices et populares secutus sit. Bonfinius natus est Asculi in Italia a. 1427. Postquam scriptis inclaruit,¹ a rege Matthia a. 1486 accitus in regia Budensi vixit etiam Matthia mortuo (1490) et a. 1503 vitā decessit. Persecutus² est res Hungaricas inde a primordiis³ ad annum 1495 quique et dimidiā decadibus, id est libris XLV. Edidit Car. Andr. *Bél Lipsiae*, 1771 (Haec pars invenitur in dec. IV. lib. VII. pag. 645):

Pannonibus regibus mos erat cum proceribus et nobilitate familiariter vivere, aditum⁴ negligentius⁴ asservare,⁴ multas mensas sternere, inter optimates amice discumbere, inter prandendum patēre fores, mendicos⁵ rogatores⁵ admitti, congiario⁶ eleemosynam impertiri, faciles⁷ omnibus aures adhibere, secundo⁸ ut plurimum⁹ pane vesci,¹⁰ omnibus vel miserimae fortunae hominibus regis aditum patēre, vivere incultius,¹¹ ne¹² humilia quidem¹² fastidire¹² atria,¹³ insanos sumpus in clarissima bella erogare,¹⁴ magnifica contemnere aedificia, domi parsimoniam, foris magnificentiam et liberalitatem amare, populare¹⁵ praestare¹⁵ ingenium¹⁵ et benignum,¹⁵ his demum moribus omnium sibi gratiam conciliare. Priscorum ergo regum vestigia sequebatur,¹⁶ quin et comitate, industriā et ingenii dexteritate¹⁷ in quōque officiorum genere praestabat,¹⁸ ne plus gestarum rerum magnitudine, quam vitae imitatione eorum¹⁹ quemquam praestantissimum adaequare²⁰ videretur, ne dixerim, superare. Ad promerendam procerum ac militum benevolentiam sua liberalitas, clementia, popularitas et beneficentia promptum²¹ effecerat,²¹ ut a fustis ex animo coleretur. Cum optimatibus et praefectis militum ita quandoque²² domestice versabatur, ut suavissimā hac consuetudine²³ sibi omnes obstringeret.²⁴



[M. Than: Matthias rex inter humanistas suos. (Museum Nationale Bp.)


¹ híressé vált = berühmt wurde = devint célèbre
² conscripsit ³ az ősi kortól = von der Urzeit an = depuis l'âge primitif ⁴ a hozzájuk való bejutást nem ellenőrizték olyan szigorúan = der Zutritt wurde nicht so streng überwacht = ils n'étaient pas d'un accès si difficile ⁵ kéregetők = Bettler = mendiant ⁶ könyörödományra szoruló = der Almosen beansprucht = réduit à la mendicité ⁷ nyájasan = geneigt = complaisamment ⁸ közönséges = gemein = ordinaire ⁹ plerumque ¹⁰ ettek = aßen manger ¹¹ pompa nélkül = ohne Aufwand = sans appareil ¹² beérték = nahmen vorlieb = se contenter ¹³ lakás = Behausung = logis ¹⁴ kiad = verausgaben = dépenser ¹⁵ a nép iránt önzetlen szeretetet tanúsítottak = sie hegten fürs Volk selbstlose Liebe = faire preuve d'une affection désintéressée envers le peuple ¹⁶ Matthias rex ¹⁷ elevenség = Beweglichkeit = habileté, dexterité ¹⁸ iparkodott kiválni = suchte sich hervorzutun = s'efforcer à se distinguer ¹⁹ priscorum regum ²⁰ elérni = gleich tun = égal ²¹ megkönnyít = ermöglichten ihm = rendre facile, possible ²² néha = ab und zu = parfois ²³ bánásmód = Umgang = traitement ²⁴ lekötötelez = für sich verpflichten = obliger

Quid de pellicula sciendum sit. (5)

Scriptis *Ladislaus Javorik* disc. Tatanus.

Quod primum faciendum est, microphono efficitur, cuius lamina¹ undis sonantibus vocis unā vibrat et carbonis² granula² ita, ut eam voces, comprimit. Intensitas igitur fluidi electrici per granula traducti oscillationem³ vocis sequitur. Oscillatio igitur vocis in fluidum electricum est transformata. Nunc fluidum electricum in lucem est transformandum, ad quod lucerna neogaso completa usurpatur. Sunt in usu plerumque apparatus perfectiores quoque, qualis est cella «Karolus». Fluidum electricum microphoni per transformatorem in duas laminas condensatoris electrici traducitur, quae in «nitrobenzole» sunt positae. Unda luminis per unum «Nicol» transgressa solum in una directione vibrat et planum⁴ vibrandi cum fluidi electrici intensitate convenienter detorquet. Naturā «Nicolis» fit, ut per secundum «Nicolem» tanto paucior lux transeat, quo magis est planum vibrandi distortum. Ergo intensitas lucis intensitatem fluidi sequitur. Hoc lumen luce pingitur in taenia altera. In hac taenia ergo clavus angustus est ortus. Obscuritate hic clavus — post hanc descriptionem iam intelligendum est — cum oscillatione vocis consentit (sed contrarie: ubi enim vox fortitudine maior erat, clavus obscurior est ortus, et in vicem⁵ — convenienter cum regulis artis luce pingendi). At sicut si imago luce pingitur, non haec negativa, sed positiva est necessaria. Si haec taenia super aliam imaginibus repletam ponitur, clavus suos partes alterius puras contegens coniunctim cum altera, quae luce intactā est, perlucidus⁶ redditur⁶, picturae novae taeniae colores necessarios habebunt. *Continuabitur.*

¹ lemez = Platte = disque ² szemese = Kohlen körnchen = grain de charbon ³ rezgés = Schwingung = oscillation ⁴ sík = Fläche = plan ⁵ viszont = umgekehrt = vice versa ⁶ átvilágítják = wird durchleuchtet = exposer à la lumière



LECTORIBUS MAIORIBUS.

De conditionibus pacis iustae.

Excerptum ex oratione Summi Pontificis ad collegium Cardinalium pervigilio Nativitatis Domini habita (Osservatore Romano 26—27 Dic. 1939).

Primum pacis iustae et honestae est postulatum, ut confirmetur et muniatur cunctarum, magnarum non minus quam parvarum, potentium non secus ac debilium, ius vivendi libereque agendi nationum. Studium vivendi unius nationis nunquam potest aequari sententiae mortis alteri edictae. Huius aequilibratae iuris sive destructae, sive laesae et in discrimine positae ordo iuridicus talem exigit reparationem, cuius mensura ac extensio non gladio aut arbitrio egoistico, sed normis iustitiae et aequitatis mutuae sit determinata.

G. Sántha a Scholis Piis Bp.

Certamen corrigendi.

Vincentius Gombár Novopestinsis.

Idibus Octobribus in Iuventute (pag. 18.) prodit epistula quaedam haud emendate scripta, quae ut corrigeretur, lectores Iuventutis ad certamen sunt invitati. Quinque tantum discipuli, qui corrigerent, in certamen descenderunt. Quorum quis ubi quid erraverit, describere nolim, quia si correctum meum, quod infra legitur, cum suo quisque contulerit, ubi quid non emendate scripserit, et ipse videbit. Praemium propositum Ladislao Keleti (gymn. IPEA) et Iosepho Németh (Scholae Piae Debrecini) tributum est, ceteri autem: Nicolaus Mermelstein (Ujpest), Ladislao Tamás et Emericus Földvári (Scholae Piae-Veszprém) laudantur.

Epistula correctae:

«Carissime Domine Moderator Iuventutis! Duas narratiunculas nunc ad Te mittere ausim (= ausus sim), quamquam, sintne Tibi placiturae, nescio. Spero tamen bonas eas esse futuras, et quidque de iis iudicaturus sis, magnopere scire velim. Exercitationem Latine commentandi maiorem consequi studebam. Iuventutem maximo cum gaudio lego. Iuventuti, quam legendo maxime auctus (—a) sum scientiā, magnas debeo gratias. Quamobrem talibus de rebus, quae utiles essent, scribere studui. Tria

aenigmata, quae in Iuventute Idibus Octobribus prodierant, solvi solutaque una cum epistula meā duabusque narratiunculis ad Te mitto. Quae quando sint proditurae, suspenso animo exspecto.

Salutem plurimam Tibi dicit: X. Y.»

Librorum recensio.

Földrajzi Zsebkönyv 1940. Szerkeszti vitéz Temesi Győző dr. főtitkár. A Magyar Földrajzi Társaság saját kiadása. — Hic liber annalis ab Societate Geographorum Hungaricorum editus 248 paginas habet, in quibus praeter multas tabulas geographicas et statisticas aliasque illustrationes omnes quaestiones temporis aptas, quae ad mutationes geographicas anni 1938 pertinent, accurate pertractat. Sic non solum regiones, quibus Germania et Hungaria auctae sunt, sed etiam divisio materiarum infectarum, itinera investigatoria recentissima et cetera permulta tam utiliter atque iucunde exponuntur, ut pretium libri (1.50 P) haud magnum dici possit.

Dr. Birkás Géza: A nemzetközi nyelv kérdése. Különlenyomat a «Pannonia» 1939-iki évfolyamából. Pécs. — Auctor hanc orationem aditalem, cum decanus facultatis philosophicae universitatis Quinqueecclesiensis creatus esset, de quaestionibus linguae internationalis habuit. Usu linguae latinae paulatim remoto primum linguae nationales conabantur principatum internationalem sibi comparare, sed neque Francogalli aut Angli, neque Germani aut alii rerum linguarum potiti sunt, quare primus Schleyer sacerdos catholicus in Germania linguam «volapük», deinde Zamenhof medicus oculus in urbe Varsovia linguam «esperanto» composuerunt, quos secuti multi alii etiam nunc linguas artificiosas componunt, quare quaestio linguae internationalis nondum persoluta est. Dolendum est, quod auctor doctissimus ne mentionem quidem facit motus neolatini eiusque ducis, Instituti Studiorum Romanorum, quorum conatibus debetur lingua Latina usui internationali adaptata.

Vivum Latinum.

Usus linguae Latinae etiam his bellicis temporibus viget. Cum mense Nov. Croati ad Sanctum Patrem Pium XII peregrinarentur fidelitatem declarantes, declarationis subscriptio haec erat: «Dr. Vlatko Macsek, Dux populi Croatorum». — Die 7. h. m. Pater Petrus Chaillet S. J. professor philosophiae universitatis in urbe Insulis (= Lille), cum de humanismo Bergsoniano christianoque in «Societate Novae Hungariae scholas haberet, ab Antonio Schütz prof. univ. latine salutatus est. — Ephemeris, quae inscribitur «Osservatore Romano della Domenica», singulis in fasciculis cursum Latinum continue publicatum nunc terminavit. Totus cursus prostat apud «Librariam Salesianam Editrice» Roma (131) — Via Marsala n. 43, pretium libri libra 1.50.

AENIGMATA

Solutiones aenigmatum numeri IV.

1. Caput. — 2. Aqua, quid, vita, Adam. — 3. Summus superiorum Iupiter. — 4. Curatores Iuventutis salutamus.

Aenigmata recte dissolverunt: In Hungaria: V. Árvay, M. Bartha, P. Cholnoky, H. Eckhardt, B. Elekes, L. Faust, I. Fáy, C. Göbler, G. Kerényi, M. Kertész, H. Korompay, M. Kossaczky, E. Madocsay, G. Margittay, J. Németh, M. Pieke, Ae. Pokorny, S. Pollacsek, J. Pukánszky, I. Ruitz, G. Schlosser, E. Somogyi, Au. Turner, E. Unghváry,

I. Vaszkó, S. Wittinghof (*Szilágyianum**), St. Székely, St. Faluhelyi, Eu. Trombitás (*gymn. Archiep*), E. Bányai, M. Blandl, M. Dischka, M. Göntér, A. Salamon, H. Székely, E. Szál (*Ursulanum**), P. Tolnay, G. Binder, J. Kubin (*Scholae Piae*), V. Imhof, M. Klein, M. Tóth, S. Halmi, A. Stiller, A. Schwarcz (*Veresianum**), I. Mosonyi, V. Huszty, H. Mészáros (*Gisellanum**), G. Gonda, G. Révész, M. Szabó, R. Wimmer, G. Gárdos, R. Csató, A. Dervarics, G. Germanus, F. Kállay, J. Kovacsik, G. Steiner, A. Szabados (*Bolyayanum*), G. Tauszig, R. Schäffer, L. Hermándy Gy. Szilvássy (*Madáchianum*), E. Rosner, P. Konrád, G. Fabinyi, G. Nyitray, L. Szabó (*gymn. IPEA*), E. Kováts, I. Scultéty, C. Hollósi, J. Dessewffy, E. Binder, M. Grabits, Au. Tasnády (*Sophianum**), S. Löwy, E. Bán (*Zrinyianum**), St. Gátszegi, L. Hitesy, G. Fodor (*Emericanum*) *Budapestinenses*. — St. Huszár *Csurgonensis*, E. Réti, J. Rozsnyay, St. Vida, J. Neum *Dombóvárienses*, E. Ficzer, A. Madarász, A. Mertusz, P. Trillsch, V. Varga, G. Vongrey, L. Lenkei, St. Csánk, A. Halka, St. Kakuk, L. Korponai, St. Péteri, N. Simon, D. Szentgyörgyi, P. Szontágh, O. Bácskai, Fratres Berta, O. Bottka, L. Erdős, E. Erhardt, L. Gallai, F. Janka, Z. Jankovics, P. Jászay, G. Kaló, A. Kapor, C. Kenderessy, J. Klinszky, L. Komoróczy, G. Kurczweil, A. Mihalik, E. Mátray, C. Mile, L. Nagy, G. Polónyi, A. Pomozi, J. Pöpl, St. Schéda, L. Szalay, J. Száva, J. Szkladányi, E. Tóth, C. Ungár, L. Vámos, J. Ozsvárt *Agrienses* (*Bernardinum*), St. Hatvani, O. Waldner, L. Medve, J. Szó, A. Székely *Gyöngyösienses*, A. Borbély, J. Héjja, E. Kákonyi, E. Molnár, C. Osgyáni, P. Straub *Colocenses*, J. Balázs, St. Börcsök, C. Imgrund, A. Káplár, St. Zsembery *Kiskunhalasienses*, L. Hársing *Kisújszállásiensis*, Fr. Horváth *Közzegeienses*, Br. Légrády, E. Borsay, H. Faragó, J. Kner, E. Tóth *Mezőturienses*,* *classis II. B*), L. Sloczár, J. Nagy *Miskolcienses*, G. Weisz *Munkacsiana**, A. Vukics *Nagykanizsana**, M. Szabó *Scarabantina**, L. Macher, J. Szentendrey, J. Fonó, L. Nagy *Albaregalenses* (*Stephanum*), N. Mermelstein *Ujpestienses*. — In Batavia: J. Heddes, W. Wenstedt, H. Akkermans, W. v. d. Broek, G. v. d. Hoven, H. Sluiter, P. Vette, J. Vossen, L. Berndsen, A. v. d. Valk *Kaatsheuwelienses*, J. Berkuens *Eindhoveninus*. — In Helvetia: M.* et Alf. Zeier, Ae. Ghirlanda, L. Bolzani, J. Berlowitz, C. Arnaboldi *Luganenses*.

Stellula* scholas puellarum indicat.

Praemium sorte Iudicium Fáy, Evae Bányai, Mariae Tóth, Georgio Gárdos, Roberto Schäffer, Evae Kováts, Stephano Vida, Ludovico Lenkei, Adamo Székely, Antonio Borbély, Joanni Böresök, Helenae Faragó, Ludovico Nagy, Hadriano Akkermans, Luciano Bolzani, Nikolao Mermelstein, Annae Vukics, Gabriellae Weisz, Ladislao Sloczár, Stephano Huszár, Georgio Fodor, Georgio Fabinyi, Henriettae Mészáros, Josepho Kubin, Eugenio Trombitás obvenit.

1. Quadratum magicum.

	1.	2.	3.	
1.				E E G
2.				L O O
3.				P S S

1. In meo corpore hoc video.
3. Si ipse sum, quid (dic?) respondeo?
2. Vox autem ultima
Est pila ignea.

Iosephus Berlowitz disc. gymn. *Luganensis*.

2. Quadratum magicum.

	1.	2.	3.	4.	
1.					E E I I
2.					I I M M
3.					M N O O
4.					O S T T

1. Quis nescit esse Hungaros?
3. «Quid emptor agit?» Rogo vos.
2. «Iam . . . tibi litteras.»
4. Quo modo vires recreas?

Iosephus Mózes, disc. cl. III. *IPEA*.

3. Ad saltum equulei.

	lu				Prin	
cum	gas		va	ra	ro	pi
e	ras	tur			ci	pa
lon	ma	con	mo	na	me	is
re			la	ob		ci
per						sta

Zoltanus Babocsay disc. *Agriensis*.


4. Aequatio.

Puella interrogata, quot annos esset nata, respondit: «Mater duplum annorum meorum habet, pater quinque annis maior natu est quam mater, nos tres autem cuncti centum annorum sumus».

Quot annos nata erat puella?

Stephanus Hatvani, disc. gymn. *Gyöngyösiensis*.

Nota. Lectoribus minimis: 1, 2, medijs et maioribus 3-4. — Quisquis aenigmatum tot solvat, quantum potest. Etiam unum solum aenigma solventibus praemium petere licet. Discipuli eiusdem scholae solutiones a professore suo collectas in communi involucro epistolae ad moderatorem *J. Wagner*, (*Budapest, XI, Lágymányos-utca* 30) mittant. **Terminus solutionum: Calendae Apriles.**



Corrigenda numeri V (Jan.): pag. 58: pro: «alius lege: aliud, — pag. 60: pro «red» lege: sed.

Moderator abiturientibus thygatrogymnasii Ursulanum et Budapestinensibus et Scarabantinibus de laude papali gratulantibus maximas agit gratias. — *N. Mermelstein*. Noli de Iudibus Martii scribere. locis et narratiunculis libenter utar. — *St. Hatvani*. Aenigma «Pater noster» iam ego ipse edider. 1. — Opuscula ad moderatorem miserunt: *J. Tóth dr.*, *J. Kubin*, *G. Berlowitz*, *U. Villa*, *I. Jackson*, *M. Baucn*, *V. Storni*, *M. Biscossa*, *A. Zeier*, *A. Antognini*, *C. Olmera*, *C. Acs*, *R. Nowcwiejski*, *J. Rozsnyai*, *B. Széchenyi*, *Ph. Meran*, *St. Csanády*, *A. Székely*, *Fr. Palata*, *E. Dayka*, *G. Sántha*, *St. Gátszegi*, *Cl. VI. thg. gymn. Urs.*, *I. Berkuens*, *A. Weber*, *E. Fray*, *V. Gombár*, *St. Hatvani*. Moderator imprimis opuscula breviora et temporaria apta (vulgo: actualia) edere potest.